

Liber tertius

Corpus alcibiadis superficie pulcherrimum introspectis visceribus turpissimum
videretur. quasi dicat. sic. Ex quo concludit phia. Igitur te pulchrum vide
ri non reddit. t. facit tua natura. sed infirmitas oculorum spectantium. et subdit
Sed estimate quod nimio vultus bona corporis. dum sciatis hoc quod cumque su
erit de bonis corporis posse dissolui igniculo id est calore febris triduae. Fe
bris enim acuta semper
medicos quandoque
tertia die perimit. et
tunc breuiter recol
ligit supra dicta di
cens. Ex quibus om
nibus licet redigere
in summam. quod hec
s. predicta bona. non
possunt prestare ea
que pollicentur id est
promittunt. nec per
fecta sunt congrega
tione omnium bo
norum. nec ad bea
titudinem ferunt quasi
quidam calles id est
vie. nec ipsa perficiunt
beatos. Nota
dum quod pulchritudo
corporis non est du
rabilis. quia dicitur vir
gilius. Formose pu
er nimum ne crede
colori. Alba ligu
stra cadunt vaccinia
nigra leguntur.
Notandum quod com
muniter dicitur quod vi
sus linceus obstan
tia corpora penetrat. sed illud nec ab Aristotele nec ab aliquo autentico inue
nitur. Unde Isidorus in libro etymologiarum loquens de linceo dicit quod linceus
dicitur est. quia in luporum genere numeratur. bestia maculis distincta. tergo
ut pardus. sed similis lupo cuius urinam conuertit in duritiem preciosi lapi
dis dicunt qui ligurius appellatur. Nihil autem dicit Isidorus de penetra
tione visus. Nota quod alcibiades mulier fuit pulcherrima quam videres qui
dam discipuli aristoteles duxerunt eam ad aristotelem ut ipsam videret quia
visa dicit. Si homines linceos oculos haberent ut queque obstantia penetrare
rent. introspectis visceribus corpus quod apparet pulcherrimum: turpissi
mum videretur.

scribis illud. Alcibiadis superficie pul
cherrimum corpus turpissimum videretur
Igitur te pulchrum videri non tua na
tura. sed oculorum spectantium reddit
infirmitas. Sed estimate quod vultus ni
mio corporis bona. dum sciatis hoc quod
cumque miramini. triduae febris igni
culo posse dissolui. Ex quibus omnibus
illud etiam redigere in summam licet quod hec
quod nec prestare que pollicentur bona possunt.
nec omnium bonorum congregatione
perfecta sunt ea nec ad beatitudinem qua
si quidam calles ferunt. nec beatos ipsa
perficiunt.

De octauo libri tertii

De octauo tertii libri.